HERBERTUS CLARAEVALLENSIS. LIBER MIRACULORUM S. IOHANNIS BAPTISTAE
u. a. Stams, 13. Jh. (T. I 13. Jh. und T. II um 1300) Seite 72r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31304
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Viso itaq; miraculo omnes letati sunt. glorificantes dominum et beatum
petrum eius apostolum cuius interuentu mortuum ad uitam reclusse cre
diderunt. parentes uero ne tante gratie ingrati remaneret. eundem pu
rum domino obtulerunt. et clericatus officio destinauerunt. Preterea uero ipse infantu
li genitor romanum iter cum magna deuotione arripuit. et beatorum
apostolorum principi coram corpore suo gratias referre curauit. Processu uero temporis
puer iste litteris est imbutus. et sacris ordinibus aplicatus. Hic et post modicum
religionis habitum uotiue suscipiens et uoto uotum adiciens. usque
hodie uiuit cum timore domino seruiens in ordine cysterciensi. De eo

Est cenobium quoddam quod dyabolus triennio latitauit in specie
cysterciensis ordinis in datia sui in quodam monasterio ordinis
situm quod nuncupatur uite scola. in quo non longe ante hoc cysterciensis.
tempus tale aliquid accidisse pro certo cognouimus. Malignus spiritus quidam ad
eandem domum in specie iuuenili aduenientes. et loco mercennarii seruiens. per triennium uisibiliter mansit atque incognitus. dum dissimulans demo
nem homine mentiretur. Erat itaque promptus et sedulus ad obsequendum. ala
cer et uelox ad discurrendum. industrius nimis et efficax ad operan
dum. adeo ut omnes mirarentur sollertiam eius atque sollicitudinem. quam ita
ad oculum seruiens quilibet iniuncta facile explicabat. Contigit autem
ut quidam ex fratribus monasterii pro quodam negotio mitterentur ad proximum
vicum. habentes in comitatu suo fantasticum iuuenem illum. Quod dum
simul in una domo residerent. iste iuuenis uetrinosus caput erigens
collumque extendens. attonitis auribus sursum oculis intendere cepit. Cumque